



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||
IESV, || HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI
IV. ||**

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Eivsdem Ad Socios.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

EIVSDEM AD SOCIOS.



VOD vos velle maximè intelligo, id hisce litteris agam, vt Ecclesiastica primùm, tum cætera persequar. Quadragesima diebus Dominicis omnibus Gaspar Vilela Euangelium declarauit. quarta quaque feria Damianus noster de Pœnitentiæ Sacramento copiosè disseruit. sexta, sacro missæ peracto, non destitit Iaponius puer ex ijs quos educamus, de Passione Domini verba facere: quam in sententiam, conuenientibus nocte neophytis, Vilela denuò disputabat, ijs præcipuè locis insistens, quibus auditores ad pietatem excitari maximè possent. Dominica in Palmis quoad eius fieri potuit in tanta ædium angustia) Catholico more cæremonijsque transacta est. inde ex oppidis finitimis atque etiam remotioribus neophyti ad indulgentias (quas à summo Pontifice datas Catholico ritu proponimus) Paschatisque solennia frequentes venire ceperunt. in ijs quidam cum vxoribus liberisque nobiles viri, quamquam lecticis aut equis vsi, tamen assidua pluuia valde vexati, pietatis laudem cumulare patientiæ meritis. Vilela ducentorū fere & quinquaginta confessionibus auditis, quinta feria in corna Domini mandatum Euangelicum de mutua dilectione publicè docuit. postea cum de Eucharistia suauissimè perorasset, cælestem panem Christianis circiter sexaginta distribuit: qui cum ex intimo sensu, & gaudio spirituali, copiam funderent lacrymarum, sanè quam ingenti nos affectu solatio. in sacello intimo Iudouicus Almeida sepulcrum crexerat ornatissimum. in eo Corpus Domini conditum est, armatique custodes adhibiti. Vespere, solennibus officijs perolutis, puer Iaponius in exponenda Passione Domini serie collecta è quattuor Euangelistarum historijs, horas duas fermè consumpsit. quæ deinde expiratione potissimum indigere sunt

vifa,

visa, in ijs Vilela ex instituto declarãdis immemorans est
 suadens auditorib⁹ pœnitentiã; sed calcar videlicet con-
 titibus: nã cum sãpe aliãs, tũ eo maximẽ anni tẽpore ven-
 tarias ab sese pœnas, easq̃ue adeo acerbas exogere his
 sunt, summo opere gratulandũ vt sit, in vltimis hũc er-
 rũ finibus, inter tot idolorũ cultores, in iplo denique
 ita dicam) regno diaboli, sacratissimã Crucis tropheã
 salutaremq; humano generi mortem Christi Domini
 tam incitatis hominum studijs, tanta religione, tam ge-
 ra memoria celebrari. Maioris hebdomadæ Iustitiae
 tristitiam, ingens gaudiũ Dominicæ Resurrectionis ex-
 cepit. à media nocte, domus Christianis completa est,
 turgiam & supplicationem matutinam expectantibus
 ea peracta, simul etiam Christianis aliquot Eucharistia
 Sacramento refectis, concio habita est de Resurrectione
 Domini Paschalibusq; mysterijs, inde conuulio exor-
 ti sunt, quod Natali die & Paschate Domini solenne Ga-
 par instituit eo consilio, vt quã arctissimis Christiã-
 rum animi caritatis ac beneuolentiã vinculis inter se
 iungantur, simul etiam per eam occasionem colloqui-
 de rebus cœlestibus habita, ductaq; præ dilectione
 vesperam, quãdam præterea è diuinis laudibus dila-
 ta, quo strepitu exaudito gentiles, præsertim quod in-
 nihil de apparatu ædiculæ nostræ cognouerant, ita
 vehementer vt fores aperirentur, obisti non potuerunt
 troiẽre permulti, plerãque verò mulieres diuino quod
 instinctu nixæ ante aram genibus, manibusq; lacrimis
 effigiem Christi Domini supplices adorauerunt. Postea
 neophyti, qui ex oppidis vicinis ad festa conuenerunt,
 Gaspare officiosissimẽ salutato digressi sunt, nunc autem
 id Gaspar agebat, vt sibi diuersorũ conduceret propo-
 giam in superiore vrbis parte, quod toto iam festinate
 nio frustra conatus est; vt ibi quoque posset Euan-
 ge commodius. Verũ fatigiam de rebus Ecclesiasticis
 ad alia veniamus. Ante discessum Almeida, cum v-
 pus eius reuersionis adesset, perducti sumus vicius ad
 insignia quãdam vrbis ædificia ac templa, quorum
 ra est religionis ac magnificentia.

ex alijs omnibus regnis peregrini Meacum fere assidue
 confluunt. Ex ijs nonnulla perstringā: infinitum est enim
 singula persequi. Aedes igitur qualdā Cubi primum ad
 unius eximio quodā artificio atq; elegantia exstructas
 oblectationis & animi causa. nihil ego nec in Europa,
 nec in tota India tale conspexi. ijs horti subiecti sunt cū
 alijs arboribus ignotis in orbe nostro, tum cedro, cupres-
 so, pinu, malis medicis confiti: que omnes arbores, varias
 in figuras artificio manu coacta, cameras, tintinnabula,
 turris, aliaque id genus plurima refertunt. iam lilij, cya-
 ni, rosa, florumque tanta est copia, tanta colorum o-
 dorumque varietas, non solum ut aducnas ac pere-
 grinos, verum etiam domesticos ipsos atque cultores
 cum voluptate atque admiratione retineant. neque
 horti modo, sed vrbis ipsa quoque pulcherrima. via lata
 ac directa, foribus arcium instar (quæ res surta & la-
 trocinia maximè prohibet). occluduntur. in ijs va-
 riarum mercium institores, opifices, ac sellularij, cum
 alia in usus deliciasque mortalium, tum præsertim au-
 rea stabella conficiunt, sericamque cuiuslibet operis
 texturam exercent. in medio celeberrimum Amidæ
 phanum cum omnibus horis diei, tum verò sub no-
 ctam clausis iam tabernis frequentissimè visitur, iactan-
 tur a populo nummi cum precibus, & simulacrum ado-
 rantur. nos tò ex hortis Cubi via longa lataque perducti,
 inde sumptuosissimas præfecti Meacensis nuper in sta-
 raris aedes adiimus: quibus item horti coniuncti, non
 modo arborum multitudine artificiosisque figuris de-
 lectant oculos, verum etiam aqua limpidissima co-
 pia, quæ à nouem crater passuum milibus excisa
 rupe, regali sumptu perducta, lacum in hortis me-
 ois efficit, in quo complures variae magnitudinis in-
 sulæ, ligneis lapideisque peruisæ pontibus, vsquequa-
 que latissimis arboribus opacantur. Inde quanquam
 stillos iam, ac reditum cogitantes, ne ophyrnos longius
 pertraxerè. multa igitur prætereuntes phana, ingenient
 ingredimur lucum, in quo Bonziorum cœnobija quin-
 quaginta miræ amplitudinis, à regum & principum
 libe-

liberis qui sacris addicti sunt, magnificè & sumptuosè
 coluntur: facitq; ipsa vicinitas, vt eorum præstiti
 uicem elegantia munditijsq; superare contendat.
 ijs aliquot inspeximus obiter. Cuiusdam est ianua
 nea egregio quodam artificio, longeq; alia atque
 Europæos forma hæc nos in xystum induxit. Itra
 drato lapide nigro, parietibus vtrinq; excurren
 opere rectorio læuoris atque candoris eximij. Xysto
 uum quoddam genus hortorum præterditur, in quibus
 manu facti colles è faxis ad eam rem è longinquo
 ter, frutetis consiti, pontibusq; coniuncti cernuntur.
 lum partim arena crassiore admodum candida, partim
 etiam atris lapillis obducitur, è quibus passim elan
 ris formæ lapides, ex imo leucoia, violas, ac flores em
 tuunt adeo artificiosè commistos atque dispositos,
 cum in orbem singulis anni temporibus florant, vt
 perpetuum esse videatur. Multa præterea, tum or
 gior sim, tum quod ea verbis assequi me posse distul
 sed illud non omitta, quod in reditu vidimus. In me
 phano quodam, machina lignea sculptilis variorum
 cta coloribus, multis forulis collocatos continet. Iam
 ab vno Xaca conscriptos. eademq; vt est veritas,
 quem quisque voluerit librum offert proximo. A
 dem tanta est voluminum copia; vt incredibile sit, re
 na ætate à multis auctoribus, vel multis ætibus ab
 auctore confici potuisse. eorum autè vsus est maxime
 non in Iapone modò, sed etiam in Sionis regionibus
 de omnis Iaponica fabulositas & superstitiones
 existitisse, atque inde paulatim oram Sinarum, Indi
 am, Bengalanam, totumq; eum tractum in Bilagias
 vsque peruagata dicuntur. Aliud etiam phanum
 tu vidimus inferorum regi dicatù, cuius præcedit
 rifico truciq; adpectu simulacrum regio serpens
 signitum, duobus hinc inde ingentis item stature
 monibus cingitur, quorum alter calamo delectat
 num noxas, alter descriptas in tabula recitat. præter
 cti, varias inferorum ostentant pœnas, quibus p
 flexus vtriusque mortales dæmonum ministris
 anur.
 fere ad
 timore
 prece
 ni cui
 con
 vior
 vitor
 rio sup
 nam id
 interro
 peniti,
 per, in
 vno co
 nisq;
 pratun
 idus a
 ligion
 concil
 tinere
 tegrant
 lac vsq
 mo Gio
 superst
 staculis
 riam i
 specie
 oncio
 amus
 nas ad
 ed initi
 moro
 A negl
 re spaci
 buli mi
 rous, co
 periste
 Hoc est

antur. Celebratur autem eades hæc, augeturque pecunijs
sere assidue: nunquam enim desunt, qui ad regis effigie
timore persusi, ea ab sese tormenta atque supplicia de-
precentur. Atque hæc illo die. Postero autem, Christiani
cuiusdam principis inuitatu ad audiendas Bonziorum
conciones in suburbana cœnobio (sunt autem exitus ex
vede spariandi causa gratissimi) venimus. egressi, turbam
vitorum æque ac fœminarum cum suo quemque rosario
supplices adspicimus. percõrati à neophytis, quid
nam id esset, dimissam tum concionem esse respondet.
interrogati de numero, aiunt homines earum rerum
peni, capitum esse quinque circiter millia. addunt insu-
per, in eo templo quotannis centum diebus cõtinuis ab
vno eodemque Bonzio conciones haberi, multis mag-
nisque indulgentijs auditori perseveranti propositis. O-
portum erat nobis omnino aliquem ex ijs concionato-
ribus audire, cognoscendi maxime studio, saluaque re-
ligione & officio transferendi ad vsu nostrum, que ad
conciliandos permouendosque saponiorum animos per-
tinere viderentur. & quoniam allatum est, rem adhuc in-
tegram esse in alio quodam cœnobio, pergere porrò il-
lic & vique decreuimus. eò tendentibus igitur nobis pri-
mò Guiani phanum occurrit, quod ingenti frequentia,
superstitione, anniuersarijs mimorum ludis varijsque spe-
taculis magnopere celebratur & colitur. Inde exeuntes,
viam ingredimur pitis vtrinque iucunda admodum
specie cõsitam: simul adspicimus populi concursum, ad
concionem citato gressu tendentis. nos vt ad locum perue-
nimus, moniti à Christianis periculum esse, ne Bonziji si-
nos adesse sentirent, cõcionari desisterent, occulto loco
ad inicitium vsque concionis non sine magna quidẽ vel ad-
miratione, vel pudore subtrimus è conscientia teporis
& negligentia nostræ concepto, cum interim vnus ho-
re spatio auditores illi omnes ad parui pulsus tintinna
balli nixi genibus, incredibili quadam significatione pie-
tatis, rosaria manusque tollentes in cœlum, in oratione
peristerent, vociferantes assidue: Namu Amida Ambut.
hoc est: Da salutem Amida: quod ipsum nomen etiam
domi

domi forisque, seu emant aliquid, seu vendant, mobilis
lata quadam pronuntiatione gessientes ac liberissimè
sapius inuocant. quin etiam pauperes ipsi inter con-
dicandum, ijs à quibus eleemosynam petunt, propo-
sum precantur Amidam. Bonzj verò ac legisperam illa
illa plebi inculcare non desinunt: Ichinem, Amidam,
Sucumet, Murioo, Zai: id est, quisquis Amidæ sancti
nomen ex animo inuocauerit, procul dubio saluus est.
Imperato deinde maiore campana silentio, ut conciona-
tor suggestum ascendit, tum nos quoque sentim. Inter
mus. phanum erat ad fores vsque ac porticus referentem
viris ac fœminis. in ipsis autem aræ gradibus multi Bon-
zij considerebant manibus intra togam abditis, oculis de-
demissis. Porro concionator claro, ut aiebant, genere de-
cora quidem in primis facie, aspectuq; gratissimo, in or-
cella vnde ab omnibus cõspici posset sedens cæcili-
sericis ad talos vsque perquam splendide vestitus, et
dutus, interiore candido, exteriore purpureo, stola elu-
tenens aureum; ex libro quem habebat in mensa propo-
situm, quædam institit subinde recitare, tum fultus ex-
care, tanta non solum actionis venustate, sed etiam
Gaspar Vilela affirmabat, eius lingua bene perita. Quæ-
teri qui nobiscum aderant) orationis elegantia et que-
ritificio, ut mirum videri non debeat, eiusmodi homines
tanto in honore ac veneratione esse apud veritatis igno-
ros. Mihi quidem hæc apud animum meum reperitur
venit in mentem, non sine Sancti Spiritus vehementer
dam instinctu Franciscum olim Xaucrum tam non lon-
dio tam longinquam hanc peregrinationem expro-
Iaponicam. profectò enim hæc gentes, natura barbaræ,
ingenijque præstantia multis Europæ nostræ quodam
rum pacè dictum sit) nationibus antecellunt. Quædam
nus magnificè de Iaponijs vel sentiunt negotiarios. Le-
sitani, vel prædicant; id nimirum idcirco fit, quod non
si cum populis maritimis negotia contrahunt, qui ab in-
terioribus tantum absunt vitæ cultu, morumque elegan-
tia, ut præ ijs rustici videri propemodum possint. Itaque
per contemptum syluestres etiã vulgò à Mercatoribus

pellantur, cum tamen alioquin ab humanitate ipsi quoque maris accolæ nequaquam abhorreant. Sed iam finis epistolæ sit. plura propediem: atque vti nam cuiusmodi omnes optamus. Meaco v. Calend. April. MDLXV.

EIVSDEM AD SOCIOS.

DE statu rerum Meacensium, & religionis Christianæ processibus ad Paschatis vsq; peracta solennia, superioribus litteris ad vos fusè perscriptis. at textâ nunc fratres carissimi reliqua, è quibus facile iudicare possitis, quàm assiduis vestrum omnium sacrificijs pijsque deprecationibus egeamus.

Postquam à Paschali conuentu neophyti in suas domos & vicina castella digressi sunt, nos Meacensibus Euangelij prædicare perreximus. auditores minimè deerant. multi etiâ diabolicis fraudibus, & taponicæ superstitionis prauitate conuicta, sic immutabatur afflari diuinitus, vt constantissimè crederent, in vno Christo Domino ac Redemptore nostro omne salutis humanæ perfugium esse repositum. Veritabat etiam ad nos cum alijs principibus ciuitatis, quidâ Regis Mini cognatus, vir sanè perspicax: is eû à nobis multa subinde perquireret, litterisq; responsa mandaret cõmentandi causa; tantus illi paulatim veritatis illuxerat splendor, non modò vt ipse in voluntariam Christianæ suscipiendæ religionis vehementer inueneret, sed etiam spem nobis adferret fore, vt Mini regnum vniuersum ipsius opera atque auctoritate sacrosanctum acciperet Euangelij lumen. Ad hæc, Iobeleum summo Pontifice datum, ad felicè euentû Tridentini Concilij precibus ac ieiunijs impetrandum, in hac vrbe propositum est octauo ante Pentecosten die. cuius rei ratio in pagos & castella perlato, magno studio ac pietate sese comparauere neophyti ad tam insigne Christi Domini beneficiû: & quâquam per eos dies Gaspar in festum incidit, & ego non optima sum vsus valetudine, tamen concursu ad nos Christianorum facto, Dominica